





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume C.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogey. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doussad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegio Dormano-Bellovac. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habita a —

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinæ gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano. Bellovaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officia à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Lacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la feuille des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote


U 68 in-4

1153802502









MANDATUM RECTORIS.



OS MICHAEL - FRANCISCUS LEBEL,
RECTOR, Universi Studii Parisiensis,
omnibus Academiae nostrae, omniumque
Regni Universitatum Scholaribus & Ma-
gistris, SALUTEM.

INTER Præcipua Parisiensis Universitatis decora nihil
ipsi contingere potuit præclarius; quàm quòd, ab anti-
quis usque temporibus, perpetuis Regum suorum or-
nata beneficiis, novum ex LUDOVICI XV. muni-
ficientiâ splendorem consecuta sit. Infans adhuc Rex
optimus, vix primogenitam Regum Gallicorum Filiam
primis quasi lineamentis nosse cœperat; eam paterno
statim amplexu exceptam fovit; eam donis ac mune-
ribus beare dignatus est. Jàm enim Regio cultu ipse

institutus, bonæ ac legitimæ institutionis pretium intellexerat; ac Magistros, qui succrescentem ad Regni sui decus sobolem educarent, excitandos censebat iis immunitatibus ac præmiis, quæ ab Augustis ipsius Atavis fuerant in Parisiensem Academiam collata. Magistris igitur eos assignavit redditus, undè inopiam effugerent, Artesque Liberas, quæ publicam tuerentur honestatem, ipsi honestè ac liberaliter tuerentur. His tam felicibus Regni auspiciatissimi primordiis, inter molimina rerum maximarum, eventusque varios, LUDOVICUS ab Universitate suâ nunquàm avertit oculos, manumque beneficam; neque destitit iis eam cumulare muneribus, quæ caritatem ipsius testarentur, nostram acriùs intenderent. Editis tot paternæ benevolentiae indiciiis, quibus majora vix optare posse videbamur; multiplicem simul beneficiorum copiam nuper effudit, cum & commodius prospexit perfugium Magistrorum Senectuti; ut, exantlatis ob Religionem, ob Principem, ob Patriam, diuturnis durisque laboribus, ætas defessa fractaque tandem quiesceret; & pauperes Academiae nostræ Alumnos ex dispersis nidulis, ubi delitescabant, in magnam lucem simul collegit, alendos liberaliùs, ac diligentius educandos; & ingeniis enutriendis perutilem Academicæ Bibliothecæ suppellectilem adornavit; & Professorum Studia locupletioris dotis accessione incitavit. Quin etiàm, ut ad hoc bonarum Artium quasi Sanctuarium aditus nulli Magistro pateat, nisi spectato & probato; institui jussit publicam concertationem, in quâ uniuscujusque Candidati doctrina & ingenium palàm eluceant, undè efflorescat ampla Docentium seges, qui & Urbis hujus-ce Principis cathedras lau-

dabiliter impleant, & salubria fœcundaque optimæ educationis semina in Provincias differant, concordemque & unam in omnibus publicis Galliæ Scholis Juventutis erudiendæ rationem sequantur.

NOVA dona novam grati animi significationem postulant; eoque plenior hæc effundi debet, ac promptior erumpere, quò illa & magnitudine præstantiora sunt, ac beneficæ voluntatis propensione jucundiora, & munificæ manûs largitate magis cumulata. Tot verò beneficiorum eam, quam possumus, gratiam referre videbimur; si tam pio Principis consilio omni operâ nostrâ obsecundemus. Itaque omnes omnium Galliæ Universitatum Magistros, qui in Academiâ Parisiensi, tum ad Philosophiam, tum ad Litteras edocendas, locum aliquem obtinere cupiunt, Regio Jussu ac nostro præconio ad id invitamus, ut Lutetiam conveniant, industriæ suæ periculum coràm æquissimis integerrimisque Judicibus facturi. Procul erit omnis ambitus; omnis omninò cuiuslibet generis gratia conticescet; quam quisque Candidatus afferet facultatem ac doctrinam, eâ solâ commendatione nitetur. Cùm autem tres Contendentium Classes ex Decreto Regio constitutæ sint; prima eorum, qui studiis Philosophicis dant operam; secunda eorum, qui ad Rhetoricam, secundamve aut tertiam Scholam aspirant; tertia verò eorum, qui ad cæteras Grammaticæ Scholas sese accingunt: decem, singulis in Classibus, Aggregati eligendi sunt; ità tamen ut pluribus etiàm pateat aditus, neque quisquam rejiciatur, qui se obeundo, quod professus fuerit, muneri parem esse probaverit. Sciant autem ac meminerint omnes, quibus accedendi ad præclara hæc-ce experimenta animus erit,

admittendum esse neminem, nisi quicumque certæ & manifestæ fidei testimoniis, quibus de ipsius Religione, Doctrinâ, Moribus, ac totius vitæ ratione constet, munus advenierit.

Aperietur honorificentissima illa concertatio, die undecimâ Octobris proximè sequentis, in ædibus Academicis LUDOVICI-MAGNI. Atque ut ad nutum optimi Regis omnia peragantur; stabitur sedulò iis Legibus, quæ Decreto Regio, Compendii dato, decimâ die Augusti hujus-ce anni, sancitæ sunt.

DATUM in Ædibus nostris MAZARINÆIS, die primâ mensis Septembris, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo-sexto.



Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, Regis, nec-non Academiæ Parisiensis
Typographi, 1766.

M. J. Germain